

UN GIOIELLO DELLA FLORA MALTESE

NUOVO GENERE E NUOVA SPECIE DI COMPOSITE

(con tavola)

di S. SOMMIER

L'anno passato, durante le mie erborazioni nelle isole Maltesi, trovai in fiore una pianticella, a me affatto ignota, della quale potei solo riconoscere che apparteneva alla tribù delle Cichoriacee, ma di cui mi fu impossibile stabilire non solo la specie, ma anche il genere.

Tornato nello stesso luogo quest'anno, ho raccolto quella pianticella in frutto, ed avendo così tutti gli elementi per la sua determinazione, mi sono potuto assicurare, per quanto ciò mi sembrasse strano, che non apparteneva ad alcun genere descritto. Per essa quindi, nominandolo dalle isole Maltesi (*Melitenses*) dove l'ho trovata, istituisco il nuovo genere:

MELITELLA novum genus Cichoriacearum.

Capitula multiflora plerumque plura glomerata et arcte aggregata capitulum unicum intra rosulam foliorum radicalium sessile simulantia. Involucri phylla exteriora pauca herbaceo-membranacea maturitate immutata, interiora multo majora dorso prominenter gibbosa intus concava demum praeter apicem foliaceum incrassata et indurata achenia marginalia foventia. Flores omnes conformes ligulati hermaphroditi, styli rami filiformes rectiusculi pilosi. Antherae basi breviter sagittatae. Achenia longitudinaliter striata in rostrum brevissimum attenuata biformia, disci oblonga compressiuscula basi attenuata, marginalia involucri phyllis cincta crassiora subtriquetra vix rostrata basi non attenuata cum receptaculo et phyllorum basi plus minus concreta, omnia papposa, pappo niveo setoso brevi parco non deciduo, setis inaequilongis liberis simplicibus basi

non dilatatis sub vitro denticulato-scabris. Receptaculum planum alveolatum nudum.

Species unica nota herba annua pumila omnino acaulis; flores hyalini parvi; styli rami nigerrimi.

Genus distinctissimum et incertae sedis in subtribubus Cichoriacearum ab auctoribus institutis. Propius accedere videtur generi *Zacintha*, sed praeter habitum ob capitula in glomerulum acaulem stipata omnino diversum, ab eo differt acheniis compressiusculis apice attenuatis, pappo non deciduo et colore florum et styliorum (in *Zacintha* styliorum rami ut ligulae lutei sunt).

Melitella pusilla nov. sp.

Acaulis pumila, radice annua napiformi ramosa verticaliter descendente pro ratione plantae valida, foliis rosulatis terrae adpressis glabris vel vix puberulis linearibus basin versus sensim attenuatis integris runcinatis vel runcinato-pinnatifidis apice rotundatis vel acutiusculis cito emarcidis basi membranacea subdilatata capitulorum glomerulum cingente, capitulis 2-8 in quoque glomerulo (rarius solitariis) parum in terra demissis ideoque semi-hypogaeis, involucri phyllis exterioribus 2-4 anguste linearibus tenuibus longitudine interiorum partem induratum subaequantibus, interioribus suboctoris dorso valde gibbosis maturitate praeter apicem foliaceum coriaceis albis nitidis arcte imbricatis conniventibus gibbere pilosis, floribus 25-45 in capitulo, corollis glabris hyalinis basi vix flavescensculis apice truncatis 5-crenulatis; styli ramis pilis nigris dense tectis, acheniis badiis 12-18 striatis plus minus curvatis vel distortis superne et rostro scabridulis, marginalibus aliis eis disci subsimilibus, aliis heteromorphis olivaceis striis numerosioribus et minus evidentibus percursis. Caetera generis. Herba gustu amarissima. ①.

Foliorum rosulae majores 6-8 cm., capitulorum glomeruli majores fructiferi 15 mm. in diametro, sed plerumque rosulae et capitula multo minores. Longitudo florum 3-4 mm., acheniorum cum rostro 3 mm.; rostri $\frac{1}{2}$ mm.; pappi 1-1 $\frac{1}{2}$ mm. (Tab. XIV).

Hab. in insulae Gaulos (insularum Melitensium altera) litore N. E., inter Uied er Rehan et Uied Bingemma, prope oppidulum « tal. Poncia » haud procul ab oppido Nadur. Ibi in solo calcareo-argilloso compacto, inter microphytas gregaria et abunde